Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



in deserto: ⁊ tentauerunt deum in mag-
so Et dixerunt ecce percussit petram: ⁊ fluxerunt
aquae: et torrentes inundauerunt. Numquid panem poterit dare
aut parare mensam populo suo? Ideo audiuit haec et distulit
et ignis accensus est in Iacob: et ira ascendit super Israel.
Quia non crediderunt in deo: et non speraverunt in salutare eius.
Et mandauit nubibus desuper: et ianuas caeli aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum: et panem caeli dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit austrum de caelo: et induxit in virtute sua africum.
Et pluit super eos sicut pulverem carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata.
Et cecidit in medio castrorum eorum: circa habitationes eorum.
Et manducauerunt et saturati sunt nimis nimis: et desiderium eorum attulerunt eis.
Non fraudati sunt a desiderio suo: adhuc escae eorum erant in ore ipsorum.
Et ira dei ascendit super eos: et occidit pinguissimos eorum.
Et in omnibus hoc peccauerunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus suis.
Et defecerunt in vanitate dierum eorum: et annis eorum festinauit.
Cum occideret eos: quaerebant eum et redeunt et mane consurgebant ad eum.
Et memores erant quia deus adiutor est eis: et deus excelsus redemptor eorum est.
Et diligebant eum in ore suo: et lingua sua mentiebantur ei.
Et cor eius non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem misericordia miserebatur delictis eorum: et non perdidit eos.
Et abundauit ut auerteret iram suam: et non accendit omnem irasciam suam.
Et memor fuit quia caro sunt: spiritus qui abit et non redit.
Quoties exacerbauerunt eum in deserto: in ira concitauerunt eum in